

2. Potest etiam hîc dici de conserva- Mat. 16
 tione Ecclesiæ. Si enim regni Christi,
 quod Spirituale est, non erit finis: Certè
 etiam subditi ipsius regni, qui sunt vera
 Ecclesiæ membra, manebunt.

D E S E C V N D O.

I. Finitâ oratione Angeli Maria quærit:

Quomodo fiet istud? &c.

V S V S.

1. Incarnationem CHRISTI, re-
 ste Apostolo, admirandum mysterium 1. Tim: 3.
 esse videmus.

2. Habemus etiam humanæ imbecil-
 litatis exemplum in Mariâ: Non igitur
 omnino peccati fuit expers. Nulloq;
 modo adoranda.

II. Respondet Angelus: *Spiritus San-
 ctus superveniet in te, &c.*

V S V S.

Incarnatio CHRISTI est opus sanctæ
 totius Trinitatis. Spiritus Sanctus su-
 pervenit Mariam, virtus altissimi adum-
 bravit illam, Filius autem DEI na-
 tus est ex illâ.

III. Confirmat Mariam.

1. Exemplo Elisabethæ.

2. Argumento ab omnipotentia DEI
 sumto, V S V S.